



S Crotholdus magna eruditione & sanctitate illustris extitit. itaq; apud Vangiones omnium consensu Archipresul constitutus fuit. Eam functionē magna diligētia obiuit, atq; uerbū Dei fideliter exponēdo multos homines Christo lucratus est. Cum autem paulo antè Hūni Germaniā omnibus in locis uastassent, atque præsertim ciuitatem Vuimpffen cum eorum ecclesia funditus deleuissent, Crotholdus eius loci incolarum misertus, ad eos accessit, atq; suis sumptibus nouum ibi templū erexit, in quo doctum aliquem uirum cōstituit, qui eo in loco Euangelium annuntiaret, & dissipatam Ecclesiam denuò colligeret. Postea ad suam Eccle-

siam reuertus magna diligentia in uinea Domini laborauit, & tandem moriens S. Roberto suum locum concessit. Anon. in Archiep. Vang. De eo hi uersus extant in sepulchro excisi:

Pone iacet sanctus Crotholdus in urbe sepultus,

Cuius fama patet, laus quoq; uera Dei.

Spargere qui studuit diuini semina uerbi,

In cœli regno semina læta metet,